



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Meditatio VI. De iisdem damnis peccati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

## MEDITATIO VI

De iisdem damnis peccati mortalis.

Text. ex  
prologo Re-  
gulae.

Ita Deo omni tempore de suis bonis par-  
dum est, ut non solum, ut iratus Pater  
aliquando suos filios exheredet, sed ne  
metuendus Dominus irritatus malis nostris  
ut nequissimos servos perpetuam tradat  
penam, qui eum sequi noluerint ad gloria-

Luc. 15. d  
v. 12.

Prælium. Imaginare tibi factum  
simum Filij Prodigij statum in domo  
patris sui; è contra extra illam, apud  
porcos miserabilem ejusdem conditio-  
nem.

Filius pro-  
digus pec-  
catoris ty-  
pus.

Punct. 1. Confid. 1. Filij istius le-  
tatem, & temeritatem in disceden-  
a suis parentibus contra ipsorum moni-  
ta, in terram ignotam, & lubricam,  
qua omne patrimonium, & vestes pre-  
tiosissimas dissipavit. 2. Sic peccator  
rem contra legem Dei, inspirationis  
monita, propriam conscientiam, & con-  
tra bona proposita recedere a Deo,  
domo, nempe caelo, & gratia, valedi-  
cendo Patri Creatori, Filio &c. B. Vir-  
gini ceu Matri, & Sanctis tanquam fratri-  
bus, & amicis, ac abeundo post con-  
piscientias suas dissipare omnem gratiam

Peccator  
Deo & cœ-  
lo valedi-  
cit.



am, & fructus passionis, & sanguinis Christi, sacramentorum, & omnium bonorum operum totius suae vitae.

O deplorandum naufragium! ergo omnes iustitiae ejus, quas fecerat, non recordabuntur amplius? itane perierunt omnes communiones, orationes, merita &c. imò omnia suspiria, & guttae sanguinis Christi? &c.

Exec. 18.  
Affectus deplorationis.

Punct. II. *Consid. 1.* Prodigum de-pauperatum, omnibus invisum, omnibus adibus more canis expulsus, è civitate ad porcorum stabulum extrusum. 2. Sic peccatorem post commissum vel unicùm mortale scelus quasi expelli è domo, regno, gratia, consortio, amicitia Dei, & Sanctorum, omni participatione precum, & suffragiorum Ecclesiae, atque meritorum Christi privatum, veluti aliquem excommunicatum.

Expellitur è gratia &c.

Quid ergo fecisti infelicissime? Est-ne gutta Christiani sanguinis in te, ut non præ dolore contremiscas? itane, ô excommunicate! à Deo ad diabolum, à Sanctis ad porcos, à cælo ad cœnum, & stabulum?

Affectus in crepationis propriae.

Punct. III. *Consid. 1.* Prodigum repudiato patre, factum esse rigidissimi heri mancipium, à quo durissimis verbis pro pane saturatus, famelicus, nudus in stabulo, foetore, & frigore

Fit dæmonis mancipium.



pernoctans, siliquas manducare co-  
 ctus est. 2. Ita peccatorem diaboli ma-  
 cipium vendi quasi suis concupiscentiis  
 torqueri in anima sicut energumens in  
 corpore; deleta Dei imagine, diabolo  
 inuri stygmate, uti venefica, & cogit  
 ipsum adorare; novis semper peccatis  
 fœdari, pro executoriali sententia dan-  
 nationis postulari omni momento, ne  
 tandem, & sulphure æternaliter  
 pasci.

Apos. 2.  
 27.

Ah peccator! miser, miserabilis, pe-  
 per, cæcus, & nudus; incidisti in latro-  
 nes, qui te spoliaverunt, & mortuam  
 mâ, semivivum te reliquerunt, Ah!

Ibid. 2. 4.

mento, unde excideris; age pœnitentiam,  
 revertere ad Patrem, prosterne te in ter-  
 ræ cinerem, veniam tuæ temeritatis deprecari  
 re, & dicas, ô pater mi! pater pietissime  
 sime dimitte mihi delicta juventutis meæ  
 & ignorantias meas ne memineris.

Oratio  
 ad rever-  
 tendum.

Verè, verè agnosco commissa mea  
 & pavelco; ne me projicias, ô Deus  
 meus! ut iratus Pater à facie tua, ne  
 que me tantis meis enormibus malis  
 ritatus hæreditate cælesti privas, & vo-  
 lut inutile terræ pondus, ac servum  
 nequissimum, imò diaboli mancipium  
 æternam tradas ad pœnam: sed parcissime  
 piissime Salvator, qui latronem in cru-  
 ce exaudisti, ac Petrum lacrymans



rem, & Magdalenam pœnitentem sus-  
cepisti.

CONSIDERATIO I. POME-  
RIDIANA.

De Compunctione Cordis, & do-  
lore de peccatis commissis.

**B**onus homo semper invenit materiam do-  
lendi, & flendi; & quanto strictius se  
considerat, tanto amplius dolet: materia  
enim justis doloris, & internæ compunctionis  
sunt peccata & vitia, quibus involuti sequen-  
tes suam sensualitatem maculant conscientiam,  
& perdunt Dei gratiam. Si vis utili-  
ter aliquid proficere, conserva te in timore  
Dei. Da te ad cordis compunctionem. In so-  
la compunctione est locus refugij à facie iræ  
inimici. Ibi emendatur, & abluatur, quid-  
quid aliunde contractum est, & inquinatum.

Genf. l. 1.  
c. 12.

Ex eod. l.  
1. c. 1.

l. 1. c. 21.

l. 3. c. 52.

CONSID. II.

De actu Doloris de Pecca-  
tis. &c.

**D**omine; si ad instar maris lacrymas  
meas effundere possem, adhuc nihil dig-  
nus sum, quàm flagellari, & puniri, quia  
graviter, & sepe te offendi, in multis val-  
de deliqui. Quid merui pro peccatis meis,  
nisi

Idem l. 3.  
c. 52.

n. 2.